

20

secretorum nestrorū merita cogitationes que  
discutite. uidete siquid iam boni uobis cum intus  
agit. Videte sum numero horum agminum que  
breuiter tangendo per strinximus. sortem uirt  
uocationis inuenitis. Vt autem animæ que insc  
de his bonis que enumerauimus. minime aliquid  
recognoscit. et quod adhuc uac detersus inminet.  
si & priuatam se donis intellegit. & nequaquam  
gemit. Quis quis ergo talis est fr̄s mei gemendus  
est ualde. quia non gemit. Pensamus igitur ac  
cepta electorum munera & uirtute qua possum.  
ad amorem tantę sortis anhelemus. Qui in se dono  
rum gratiam minime recognoscit. gemat. <sup>11</sup> Qui  
uero in se minora cognoscit. maiora. aliis non inui  
dcat. Quia & superne illę distinctiones beatorum  
spirituum ita sunt conditae. ut alię aliis sint  
priates. Fertur uero dionisius ariopagita anti  
quis uidelicet & uenerabilis pater dicere. quod  
ex minoribus angelorum agminibus. foris ad ex  
plendum ministerium. uel uisibiliter uel inui  
sibiliter mituntur. Scilicet qui ad humana  
solidia. aut angelii. aut archangeli uenunt.

Nam superiora illa agmina ab intinis num quam  
recedunt. Quo ea que preminent usum ex te  
rioris ministerii nequaquam habent. Cui rei  
illud uidetur esse contrarium quod esaias dicit

t  
zaliv  
anglus  
cyncluth  
Volavit ad me unus desraphim. & in manu eius  
calculus quem forcipe tulerat de altari. &  
texigit osculum. Sed in hac prophetae sententia  
vult intellegi quid his p̄f qui mituntur corum  
vocabulum percipiunt quorum officium  
gerunt. Quia enim ut peccata locutionis incen  
dat de altari angelus carbonem portat. Scrappim  
uocatur quod incendium dicitur. Huic autem  
scensui & illud creditur non inconuenienter  
opitulari quod per dannationem dicitur. Milia  
mili um ministrabant ei & decies centena milia  
assisterabant ei. Aliud est namque ministrare  
aliud assistere. Qui ministrant domino qui ad  
nos nunciando excaunt. Assistunt uero qui sic  
contemplatione intima perfruuntur ut ad  
explenda foras opera minime mittantur.  
Sed quia in quibusdam scripture locis quædam  
per cherubin quædam uero per scrappim agi

74

didicimus. utrum per se hoc fatiantur. an per  
subjecta agmina agatur. que sicut dicitur.  
in quo quod amioribus ueniunt maiora uocabula  
sortiuntur. Nos affirmare nolumus quod  
apertis testimonius non ad probamus. Hoc tam  
certissime scimus. quia ad explendum de sup  
nis ministerium alii sp̄s alios mitunt. Zacharia  
scilicet propheta testante quia it. Ecce an  
gelus qui loquebatur in me egredi ebatur. Et  
in occursum eius. & dixit ad eum. Curre &  
loquere ad puerum istum dicens. Absq; muro  
habitabitur hierusalem. Dum enim angelus  
ad angelum dicit. currit & loquere. dubium  
non est. quia aliis alium mittit. Minor  
uero sunt que mituntur. maiora que mit  
tunt. Sed hoc quoq' de ipsis agminibus que  
mituntur. certum tenemus. quia & cum ad  
nos ueniunt. sic exterius implent ministerium.  
ut tamen numquam de sint interius per  
contemplationem. Et mituntur igitur  
& assistunt. quia et sic circum scriptus est  
angelicus sp̄s. summus tamen sp̄s ipse quid scit.

Zealius  
angelus  
egrediebat

circum scriptus non est. Angeli itaq; & missi  
ante ipſū ſunt. quia quolibet missi ueniant.  
intra ipsum currunt. Scicndum quoq; eſt.  
quia plerūque ipſi bicatorum ſpirituum ordines.  
uincorū ſibi ordinū uocabula ſortiuntur.

**T**heonos et enim ſciliēt ſedēs dī. ſpecialēm bicatorū  
ſpirituum ordinem diximus. Et tamen per psal  
miſtam dicitur. Qui ſedēs ſuper cherubin appa  
re. Quia uidelicet dum iipſis diſtinctiōnibus agminū.  
cherubin thronis iunguntur. ſedere etiam ſup  
cherubin dñs exuicini agminis ac qualitate per  
hibetur. Sic quippe in illa ſumma ciuitate.  
ſpecialia que dam ſingulorum ſunt. ut tamen  
ſint communia omnium. Et quod inſe quisq;  
ex parte habet. hoc in alio ordine totum poſſi  
det. Sed idcirco uno eodemq; uocabulo com  
muniter. non censentur. ut illi ordo uocari  
priuato unius cuiusq; rei nomine debet qui  
hanc immunet plenius accepit. Seraphim  
namque incendium diximus. & tam amore  
conditoris ſimil omnes ardent. Cherubin  
plenitudinem ſcientiq; et tamen quiſibi

aliquid nesciat. ubi ipsum omnes simul fonte  
sciencie domini uidentur. Throni illa agmina quoque  
quibus conditor presi det uocantur. sed beatus  
esse quis potest. nisi creator suus eius menti pre-  
siderat. Quae ergo ex parte ab omnibus habentur  
cuius in priuato nomine data sunt quae haec in mu-  
nere plenius accepterunt. Nam et si qua illuc sic  
alii habentur. ut haberi ab aliis nequaquam possint.  
sicut spectiali nomine dominationes & principatus  
uocantur cuncta sibi singulorum sunt. quia per  
caritatem spiritus ab alio in aliis habentur. Sed ecce  
dum cœlestium ciuium secreta rimamur ab ex-  
positionis nostre ordine longe digressi sumus. Sus-  
piramus ergo adeos de quibus loquimur. sed re-  
deamus ad nos. Meminisse etenim debemus.  
quia caro sumus. Taccamus interim de secretis  
caeli. sed ante conditoris oculos manu poeniten-  
tie tergamus maculas pulucris nostri. Ecce ipsa  
diuina misericordia pollicetur dicens. Gau-  
dium erit in celo super uno peccatore peniten-  
tiam agente. Et tamen per hunc ethiemet  
prophetam dominus dicit. Quid qua cumque dic iustus

peccauerit. omnes iustitie eius in obliuione erunt  
coram me. Pensamus si possumus dispensationem  
superne pietatis. Statibus sic tiderint minatur  
poenam. Lapsi uero ut surgere appetant pro  
mittit misericordiam. Illos terret ne presumat  
in bonis. Iste refouet ne dispersent in malis.  
**J**ustus es iram per timesce nec corruias. Peccator  
es. presume de misericordia ut surgas. Ecce  
autem iam lapsi sumus. stat ne quaquam ualuius.  
in prauis nostris deseruis uacuus. Sed quin os rectos  
condidit. adhuc expectat & puocat. ut sur  
gamus. Sinum sue pietatis aperit. nosq[ue] ad se  
recipit per penitentiam que rit. Sed peni  
tenciam agere digne non possumus. nisi modu  
quoque eiusdem poenitentie cognoscamus.  
**P**oenitentiam inquit agere est. & perpetra  
mala plangere. & plangenda non perpetrare.  
**N**am qui sic alia deplorat. ut tamen alia com  
mittat. adhuc penitentiā agere. aut ignorat.  
aut dissimulat. Quid enim potest si peccata  
quis luxurie defleat. & tamen adhuc au  
ritig aestibus anhelet. Aut quid potest si irac

culpas iam lugeat. & tamen adhuc inuidig  
 fatibus tabescat. Sed minus est ualde quod  
 dicimus. ut qui petccata deplorat. plorando  
 minime committat. & qui plangit uitium  
 perpetrare uicia timet. Nam cogitandum  
 sum moperi est. ut quis inlicita meminit  
 commisisse aquibus dam etiam licitis studiat  
 abstinere. Quatenus per hoc conditoris suo satis  
 faciat. ut qui commisit. prohibita. sibi met ipsi  
 abscedere debeat etiam concessa. Et se pre  
 hendat. minimum quis meminit in maximis  
 deliquisce. Nimia sunt quae loquor. si hęc  
 ex sacri eloqui testimonio non adfirmo

**L**ex certe ueteris testamenti alicnam uxore  
 concupiscere prohibet. A rege uero fortia  
 iuberimilitibus uel desiderari aquam non  
 poenaliter uerat. Et cuncti nouimus quod  
 dauid concupiscentie mucrone transfixus.  
 alicnam coniugem appetiuit & abstulit.

**C**uiusculpam digna uerbera sunt secuta &  
 mala que perpetravit per penitentie latita  
 correxit. Quicunque longe post contra

hostium cunctos federet aquam liberte debet  
lemitica cysterne ex desiderio voluit. Cuius  
electi milites inter catervas aduersantur medias  
crumpentes aquam quam rex desiderauit.  
in lacus deculerunt. Sed uir flagellis crudeliter  
semet ipsum protinus cum periculo militum.  
aquam desiderasse reprehendit. Namque domino  
fundens libauit. Sicut illic scriptum est Libauit  
cam domino. In sacrificio quippe domini effusa aqua  
conuicta est. quia culpam concupiscentiae  
mactauit per poenitentiam reprehensionis  
sue. Qui ergo quoddam concupiscere alicun  
coniugem ne quadquam timuit. post etiam  
quia aquam concupisset expandit. Quia enim  
se inlicita per petras meminerat. contra  
semet ipsum iam rigidus etiam alicitis ab  
stinebat. Sic sic agamus poenitentiam. ut  
ea que commisimus perfecte deflcamus.  
**P**ensemus supernas diuicias conditoris nostri  
**P**eccauit nos uidet & persecutus. Quis nos ante  
culpam expectare adueniam non defisit.  
**E**cce ipse nos quem despeximus. vocat.

74

Auersi ab illo sumus. & tamen non auctitur.  
Vnde bene presulam dicitur. Et erunt oculi.  
tui uidentes preceptorem tuum. & auctoritatem  
audient. uocem posterorum monentis. Quasi  
infatim homo est monitus. quando adiusticiā  
coditus. praecpta rectitudinis accepit.  
Sed cum hęc eadem praecpta contempsit. quasi  
conditori suo dorsum mentis infaciem dedit  
Sed ecce adhuc posterum sequitur & monet.  
quia iam & anobis contemptus est. & tamen  
nos adhuc vocare non cessat. Quasi dorsum  
ci infatim dedimus. cuius uerba despiciuntur.  
cuius præcepta calcamus. Sed stans posterum  
gum nos. uerbo resuocat. qui & uidet quod  
despicitur. & tamen per præcepta clamat.  
per patienciam expectat. Pensate rogo  
fr̄s k̄mī. sicut libet ur̄m loquenti famulus  
suis superbiret. terga infatim mitteret.  
num quid non contemptus dominus eius sup  
biam feruit. vulnus districtas animad  
uersi. omnis infligeret. Ecce Nos petendo  
auctori nostro terga infaciem dedimus.

& tamen sustinemur. Superbe auctoribus benigno  
revoocat. ut reuertamus munera permittit.

Tanta ergo conditoris nostri misericordia duri  
ciam nostri reatus emolliat. ut homo qui  
malum quod fecit experiri percussus poterat.  
saltim expectatus erubescat. Rem fratrem bre  
uiter refero. quam uiro uenerabili maximiano  
tunc patre monasterii mei atque praesbitero.

nunc ductem siracusano epo narrante cognoui

Hanc itaque si solleter auditis. caritati uestig  
non breui ter suffragari credo. Nostris modo  
temporibus Victorinus quidam extitit. qui  
alio quoque nomine emilianus appellatus est

Non in opibus substantiac. iuxta mediocritatem  
vitae. Sed quia plerumque regnat in rerum  
opulentia. carnis culpa. in quodam fatus nore  
lapsus est. quod debuisse et ualde pertineat  
cere. ac de sua et mortis inmanitate cogitaret.

Reatus igitur sui consideratione compunctus  
crexit se contrasse mundi huius omnia reliquit  
monasterium petuit. In quo nimisimum monas  
terio. tantæ humilitatis tantæque

75

sibi distinctionis extitit. **N**ec cuncti fratres  
qui illic adamorem diuinitatis exerceruerant  
suam cogerentur uitam despicer. dum illius  
poenitentiam uiderent. Studuit namq' toto  
mentis ad nisu cruciari carnem. voluntates  
pprias frangere. furtiuas orationes quaerere.  
cotidianis sc lacrimis lauare. despectum sui  
appetere. oblatam a fratribus uenerationem  
timere. hic itaque nocturnas fratrum uigilias  
praeuenire consuecerat. Et quia mons in quo  
monasterium situm est. ex uno latore insecre  
tiori parte prominebat illuc consuetudinem  
secessat ante uigilias egredi. ut se cotidiae  
inflctu poenitentie. quanto secretius. tanto  
liberius mactaret. Contemplabatur namq'  
distinctionem uenturi iudicis sui. & iam eidē  
iudici concordans. puniebat in lacrimis reatu  
facinoris sui. Quadam uero nocte abbas  
monasterii uigilans hunc latenter egredi  
entem intuitus lento foras perde se tatus est

**Q**uem cum in secreto montis latert cerneret  
in oratione prostratum. expectare uoluit

quando surgeret. At ipsam quoque longanimi-  
tatem orationis eius exploraret. Tunc subito  
celitus lux emissa super eum effusa est. Qui in  
oratione prostratus iacebat. tantaque se illo  
in loco claritas aspergit. ut tota pars regionis  
illius ex eadem luce candesceret. Quam abbas  
ut uidit. intremuit fugit. Cumque post lon-  
gum horae spatium isd. acm frater admonas-  
torium recidisset. abbas eius ut disceret an sup-  
se effusionem tantum luminis agnouisset. requi-  
rere cum studuit dicens. Vbi fuisti. At ille  
latere se posse credens in monasterio se fuisse  
respondit. Quo negante abbas copulsus est  
dicere quid uidisset. At ille audiens se esse  
deprehensus. hoc quoque quod abbatem  
latebat apperuit adiungens. Quando sup-  
me vidisti lucem de caelo descendere. vox  
ctiam patriter uenit dicens. Dimissum  
est peccatum tuum. Et quidem omnipo-  
tentis de peccatum eius potuit tamen relaxare  
sed loquendo per uocem. radiando per lumen  
exemplis sue misericordie nostra ad

16

poenitentiam voluit corda concutere. Mira  
mur fratres carissimi quod per se cutorem  
suum saulum dñs de caelo prostauit. de caelo  
allocutus est. Ecce nostris quoque temporib;  
peccator & poenitens vocem de caelisibus  
audiuit. Illi dictum est quid me per sequ  
ris. iste vero meruit audire. dimissum est  
peccatum tuum. Longe est inferior meritis  
peccator poenitens iste quam paulus. Sed  
quia adhuc hac in re de saulo loquimur  
crudelitatem netis anhelantem. licet au  
denter dicere. quia saulus propter super  
biam vocem interpretationis. iste vero prop  
ter humilitatem vocem consolationis au  
diuit. Hunc quia humilitas strauerat di  
uina pietas erigebat. Illum quia super  
bia erexerat. diuina se veritas humiliabat.  
Elabete ergo fratres mei fiduciam demiseri  
cordia conditoris Nostri. cogitate quae faciis  
re cogitate quid fecisti. Largitatem supn  
pictatis aspicite. & admisericordem  
iudicem dum adhuc expectat. cū laori

misericordite. Considerantes namque quod iustus  
sit. peccata vestra nolite neglegere. Consciente  
rantes vero quod pius sit. Nolite desperare

Praebet apud dominum homini iudicium. deus homo.

Est nobis spes magna poenitentibus. quia aduoca  
tus noster factus est iudex noster. Qui uiuit  
& regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus per  
omnia factula factulorum AMEN.

LECTUS SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM  
NUNCIUO TEMPORE DIXIT IESUS DISCIPULIS suis.

Cum audieritis procelia & seditiones. nolite  
terrei. Oportet primum hoc fieri. sed non dum  
statim finis. & reliqua. OMELIA LECTUS

EIVS DEMONI HABITA ADPOPTE IN

BASILIS SANCTI MENNE DIE NATIVITATIS EIVS  
VIA LONGIVS ABVRBE DIGERSI

sumus. ne ad reuerendum nostardior hora pre  
pediat. Necesse est ut ex positionem sancti euangelii.  
breuior sermo trascurrat. Unde auctor deceptor  
noster perituri mundi prae currentia mala  
denunciat. Ut co minus perturbent veni  
entia. quo fuerint praescia. Minus enim

77

Iacula ferriuntur quae praevidentur. Et nos tolerabilius mundi mala suscipimus. si contra huc per praevidentie clipeum munimur. Ecce & enim dicit. Cum audieritis praetalia & seditiones nolite terrori. Oportet prius huc fieri. sed non dum statim finis. Pensanda sunt uerba redemptoris nři per quae nos aliud interius. aliud exterius passuros denuntiat. Bella quippe ad hostes pertinent. seditiones ad ciues. Ut ergo nos indicet interius exteriusque turbari. aliud nos faciet ab hostibus. aliud a fratribus perpeti. Sed his malis praeuentibus. quia non statim finis sequatur. adiungit. Surget gens contra gentem & regnum aduersus regnum & terram motus magni erunt per loca. & pestilentiae & famae. terroresque de celo & signa magna erunt. Vnde sicut in quibusdam codicibus inueniuntur terroresque de celo & tempestates. atque post subditur. Et signa magna erunt. Ultima tribulatio. multis tribulationibus praeuenit. Et per circumbiblia mala quae praeviuent indicant mala perpetua quae subsecuntur.

Et ideo post bellum & seditiones non statim finis  
qui multa mala debent precurrere. ut malum  
ualent sicut sunt nuncias. Sed cum tot signa  
perturbationis dicta sunt. oportet ut eorum  
considerationem breuiter per singula per-  
stringamus. Quia necesse est ut alia ex aetate  
alia ex terra. alia ab elementis. alia ab hominibus;  
patiamur. At enim. Surget gens contra  
gentem. ecce perturbatio hominum Erunt  
terre motus magni per loca. ecce respectus  
irae de super. Erunt pestilentiae. ecce in  
acqualitas corporum. Erit famae. ecce ster-  
ilitas terrarum. Terrores que de aetate & tem-  
pestas. ecce in qualitas aeris. Quia ergo  
omnia consummanda sunt. ante consum-  
mationem. omnia perturbantur. Et qui in  
cunctis delinquimus. in cunctis ferimur.  
ut impleatur quod dicitur. pugnabit pro  
eo orbis terrarum contra insensatos. Omnia  
namque quae ad usum uitaee accepimus.  
ad usum conuertimus culpas. Sed cuncta  
quae ad usum prauitatis infleximus. ad

18

usum nobis avertuntur ultionis. Tranquillitate  
quippe humanae pacis ad usum avertimus vanæ  
securitatis. Peregrinationem terrarum prohibi  
tatione diligimus patricium. Salutem corporum  
redimus in usum uitiorum. Ubertatis abundantiam.  
non ad necessitatem carnis. sed ad peruersitatem  
uitoris mus uoluptatis. Ipsa serena blandimenta  
acris. adamorem nobis scire cogimus terrae  
delectationis. Iure igitur restat. ut simul nos  
omnia ferant. quae simul omnia uirtus nostris  
malorum sub acta scruebant. Et quot prius in  
mundo incolomes habuimus gaudia. tot de ipso  
post modum cogamur sentire tormenta. No  
tan dum vero quod dicitur. Terrorsque de  
cacio & tempestates. Cum tempestates hema  
les uenire exordine temporum solcant cur hoc  
loco tempestates uenire in p[er]se[eu]ctionis signo  
praedicuntur. Nisi quod eas tempestates dominus  
uenire denuntiat. quae nequaquam ordinem  
temporum seruant. Quae enim ordinata  
ueniunt signa non sunt. Sed tempestates in  
signo sunt. quae ipsa quoque temporum statuta

confundunt. Quod nos quoque nuper experti  
sumus quia estiuum tempus us omne conuersum  
impluuiis hic mali bus uidimus. Quia autem  
cuncta hec nonde iniusticia ferientis sunt sed  
demerito mundi patientis facta prauorum homi-  
num praemittuntur cum dicitur Sed ante  
hec omnia incipient uobis manus suas inicere  
& persequuntur & tradent uos in sinagogis.  
ducentes ad reges & presides propter nomen  
meum. **A**csa per te dicat. Prius corda ho-  
minum & post elementa turbatur. Ut cum  
rerum ordo confunditur ex qua iam se tribu-  
tione ueniat demonstretur. Nam quam uis  
finis mundi ex ipso suo ordine pendat per uer-  
siones tamen quosque inueniens qui digne-  
ruis illius opprimatur innotescit cum sub-  
ditur. Ducentes ad reges & presides prop-  
ter nomen meum. Contingent hacten uobis  
intestimonium. Intestimonium uidelicet  
quorum nisi eorum qui aut per sequendo  
mortes inferunt aut uidendo non imitantur.  
**M**ors quippe iustorum bonis in adiutorum

79

est. malis intestimonium Ut inde per uersi sine  
excusatione pertant. Unde electi exemplum  
capiunt ut uiuant. Sed auditis tot terroribus  
turbari poterant infirmorum corda. atque ideo  
consolatio adiungitur. cumptinus subinfertur.  
**P**onite ergo incordibus vestris. non premitari. quē  
ad modum respondeatis. **E**go enim dabo uobis  
et sapientiam. cui non poterunt resistere et  
contra dicere omnes aduersari vestri. **A**c si  
aperte membris suis infirmantibus dicat. **N**olite  
terrei. nolite pertimescere. uos ad certamen  
acceditis. sed ego proelior. **V**os uerba editis. sed  
ego sum qui loquor. **S**equitur. **T**rademini autem  
et fratribus. apparentibus. et cognatis. et amicis. et morte  
afsident ex uobis. **M**inorem dolorem mala in  
gerunt. quae ab extrancis inferuntur. Plus  
uero in nobis ea tormenta faciunt quae ab illis  
patimur de quorum mentibus presumebamus  
**Q**uia cum damno corporis mala nos cruciant  
amis se caritatis. **H**inc est enim quod de iudea  
traditore suo per psalmistam dominum dicit. **E**t  
quidem similicrus meus male dixisset mihi

sub porta fsem utique. Et si sif qui oderat me  
super me magna locutus fuisset. absconderem  
me utique abeo. Tuicd homo unanimis dux  
meus & notus meus. qui simul metum dulces  
capiebas cybos in domo dñi ambulauimus cum  
consensu. Et rur sum. Homo pacis meac in quo  
sperabam. et qui cdebat panes meos. ampliavit  
aduersum me sub plantationem. Ac si de tra  
ditore suo apertis uocibus dicat. Transgres  
sione eius tanto grainus pertuli. quanto hanc  
ab eo qui meus esse uidebatur sensi. Omnes  
ergo electi. quia summi capitismēbra sunt  
caput quoque suum in passionibus secuntur  
ut ipsos aduersarios in sua morte sentiant  
de quorum uita praesumebant. Et tanto  
eis crescat merces operis quanto eis virtus  
lucrum proficit. & ex alienac damno caritatis

**S**ed quia dura sunt quae praedicuntur de af  
flictione mortis. protinus consolatio subdit  
de gaudio resurrectionis. cum dicitur.

**C**apillus de capite uestro n̄ peribit. Scimus  
fratres. quia caro incisa dolet. capillus incisus

80

nondolet. Ait ergo martiribus suis. Capillus  
de capite uestro non peribit. Videlicet apte  
dicens. cur timetis. ne peccat quod incisum dolet.  
Quando & illud in uobis perire non potest. quod  
incisum non dolet. Sequitur. In patientia  
uestra possidebitis animas uestras. Idcirco  
possessio animac in uirtute patientiac po  
nitur. quia radix omnium custosque uirtu  
tum. patientia est. Per patientiam uero  
possidemus animas nostras. quia dum nobis  
ipsis dominari discimus. hoc ipsum incipimus  
possidere quod sumus. Patientia uero est.  
aliena mala de quanimitate perpeti. contra  
cum quoque quimala interrogat. nullo do  
lore mordeti. Nam quisic proximi mala  
portat. ut tamen tacitus docet. & tēpus  
dignac retributionis quaderat. patientiam  
non exhibet sed ostendit. Scriptū quippe est  
C aritas patiens est benigna est. Paciens nāq;  
est. ut aliena mala toleret. Benigna  
uero est. ut ipsos etiam quos portat amet.  
& ut sua bona largius prestet.

Hinc namque per semet ipsam ueritas dicit.

De ilite inimicos vestros benefacite his qui uos  
oderunt Orate propter sequentibus & calu-  
niantibus vobis. Virtus itaque est coram  
hominibus aduersarios tolerare: sed uirtus  
coram deo diligere. Quia hoc solum dei sacri-  
ficium accipit quod ante eius oculos in altare  
boni operis flamma caritatis incendit. Sci-  
endum uero quod plerumque idem patientes  
uidemur quia retribuere mala non possumus.  
Sed quid circa malum non retribuit quia ne  
quaquam vialet procul dubio ut praediximus  
paciens non est quia pacientia non in osti-  
sione inquiretur sed in corde. Per impa-  
tienciae autem uitium ipsa uirtutum nu-  
trix doctrina dissipatur. Scriptum namque  
est. Doctrina uiri per patientiam dinos-  
citur. Tante ergo quisque minus ostendit  
ur doctus quanto conuictitur minus  
paciens. Neque enim potest ueraciter bona  
docendo impendere si uiuendo nesciat  
ac quam imiter mala tolerare. Quanto

81

enim culmine uirtus patientiae polletat. rur  
sius salomon indicat dicens. Melior est uir  
patientis viro forte. & qui dominatur animo  
suo expugnatore urbium Minor est ergo  
uictoria urbes expugnare. quia extra sunt  
quae uincuntur. Maius autem est quod per  
patientiam uincitur. quia ipse animus supe  
ratur. Esemet ipsum sibi subicit quando eū  
patientia in humilitate tolerantiae sternit.  
**S**ciendum uero est quod plerumque eueniunt  
patientibus solet. ut eo quidem tempore quo  
aduersa patiuntur. uel contumelias audiunt  
nullo dolore pulsantur. & sic patientiam ex  
hibeant. ut custodiret etiam cordis innocentiam  
curarent. Sed cum post paululum hact ipsa  
quae pertulerint. ad memoriam reuocant  
igne uehementissimi doloris instigantur.  
**A**rgumenta ultionis inquirunt. & mansue  
tudinem quam tolerantes habuerunt. in  
retractione sua semet ipsos diuidicantes  
perdunt. Callidus namque aduersa  
rius bellum contra duos mouet. unum

uidelicet inflammans. ut contumelias prior  
inficiat. Alterum uero prouocans. ut contu  
melias Iesu reddat. Sed quia eius iam uictor  
extitit quem ad proferendas contumelias com  
mouit. contra illum acrius dolet. quem ad  
redendas iniurias commouere non potuit.

**U**nde fit ut tota se uirtute contra eum erigat.  
quem contumelias fortiter pertulisse consi  
derat. quem quia comouet. in ipsa iniuria  
rum iaculatione non potuit ab aperto certa  
mine interim retcedens. in secreta cogitatione  
deceptionis tempus inquirit. Et qui publico  
bello perdidit. ad exhibendas occulte insidias  
ex ardescit. Quiccas namque iam tempore  
ad uictoris animum reddit. & uel damna rerū  
uel iniuriarum iacula ad memoriā reducit.

**C**unctaque que sibi illata sunt uehementer  
exaggerans. suisse intolerabilia ostendit  
**E**t quiescentis animum tanto furore conturbat  
ut plerumque vir patiens illa se de quam  
miter tolerasse. eciam post uictoriā capti  
uus erubescat se que non reddidisse contu

82

melias dolcat & de teriora reprehendere  
si occasio prebeatur querat. Quibus ergo  
isti sunt similes. nisi his qui per fortitudinem  
in campo uictoris sunt. sed per negligentiā  
post modum intra urbis claustra capiuntur.  
Quibus isti sunt similes. nisi his quos irruens  
gravis languor auita non subtrahit. sed leni-  
ter ueniens recidiua febris occidit. Ille  
etiam ueraciter patientiam seruat. qui  
& ad tempus aliena mala sine dolore tole-  
rat. Et haec eadem retractans pertulisse  
se talia exultat. Ne bonum patientie  
quietis tempore pereat. quod in perturba-  
tionibus custoditur. Sed quia natalem  
martyris hodierna die colimus fratres mei.  
nequa quam nos uirtute eius patientie  
ad estimare extraneos debemus. Si enim  
adiuuante nos dño uirtutem patientiae  
seruant contendimus. & in pace ecclesie  
uiuimus. & tamen martyrii palmam  
tenemus. Duo quippe sunt martyrii  
genera. Unum incorpore aliud in mente.

simul & accione. Itaque esse martyres pos-  
sumus. etiamsi nullo ferro percutientium  
trucidemur. Mori quippe aper sequente  
martyrium in aperto opere est. Ferre uero  
contumelias. odientem diligere. martyriū  
est in occulto cogitatione. Nam quia duo  
sunt martyrii genera. unum in occulto opere.  
aliud in publico. Testatur ueritas que  
Iacobus filios requirit dicens. Potestis  
libere calicem quem egobibiturus sum.  
Cum cum protinus responderent possimus.  
illico dominus respondit dicens. Calicem quidē  
meum bibetis. Quid enim per calicem.  
nisi dolorem passionis accipimus. De quo  
& alibi dicit. Pater si fieri post transfe-  
rat ame calix iste. Et Iacobus filius id est  
Iacobus & iohannes non uterque per mar-  
tyrium occubuit. & tamen quod uterque  
calicem biberet audiuit. Iohannes namq[ue]  
nequaquam per martyrium uitam fini-  
vit. sed tamen martir extitit. quia  
passionem quam non suscepit incorpore.

seruauit in mente. Et nos ergo hoc exemplo  
sine ferro esse martyres possumus. si patientia  
veratiter in animo custodimus. Non abre  
arbitror fr̄s k̄mī. si unum uobis exemplum  
seruandae patientiae ad edificationem  
loquor. Fuit quidam in diebus nostris ste-  
pha nus nomine. Pater monasterii iuxta  
reatinae urbis moenia constituti. Vir ualde  
sc̄s patientiae virtute singularis. Et super  
sunt multi. qui illum nouerunt. eiusque uel  
uitam uerobitum narrant. Erat autem huius  
lingua rustica. sed docta uita. hic p̄ amore  
caelistis patriac. cuncta dispicerat. possidere  
aliquid in hoc mundo fugiebat. Tumultus  
deuitabat hominum. crebris ac prolixiori-  
bus orationibus uitentus erat. Virtus  
tamen patientiae in eo uehementer ex-  
creuerat. ita ut eū sibi amicum crede-  
rā. qui sibi molestia aliquid irrogas-  
s̄. Reddebat contumelias gratias.  
si quod in ipsa sua in opia ei damnum  
fuisse in latum. hoc maximū lucrum

putabat. Omnes suos aduersarios mil aliud quam  
adiutores acstimabat. hunc cum dies mortis  
cgre di de corpore urgeret. conuenerunt multi.  
ut tam scā animae de hoc mundo recedenti.  
suas animas commendarent. Cumq; circa lectū  
illius hi qui conuenerant omnes adsisterent  
alii corporis oculis ingredientes angelos vide-  
runt. sed dicere aliquid nullo modo potuerunt.  
alii omnino mil uiderunt. Sed omnes qui ad-  
erant. ita uehementissimus timor perculit.  
ut nullus cgre diente illa scā anima. illic staret  
potuisse Et hi qui uiderant. & hi omnino  
qui nihil uiderant. om̄s timore perculti &  
territi fugierunt. Nullusq; illic adsistere  
illo moriente potuit. Pcnfate igit̄ fr̄s  
om̄ps d̄ qualiter terreat. quando distric-  
tus iudex uenit uenit. Si sic adstantes  
terruit quando grati remunera transuenit  
**A**ut qualiter timeri potest. cum uideri po-  
tuerit. si sic mentes presentium stravit  
& quando uideri non potuit. Ecce fr̄s k̄mī  
scrivata illa & in ecclēsiastica pace pati

84

entia ad quantum hunc retributionis culmen  
eucexit. Quid huic siuis conditor intus dedit.  
de quo nobis tantam glam in die eius exitus  
& foris innocentia. Quibus hunc credamus.  
nisi scis martribus sociatum. quem ad te  
tantibus corporis quoque oculis. abeat si  
spiritibus constat esse suscepit. Nullo  
iste gladio per cuiusvis occubuit. & tamen  
coronam patientiae quam in mente tenuit  
ingessione percepit. Probatus cotidie  
uerum esse quod ante nos dictum est. Quia  
scia ecclesia electorum floribus plena.  
habet in pace lilia. in bello rosas. Sciendum  
praeceps est quod tribus modis virtus pati  
entiae exerceri solet. Alia namque sunt  
quae adest. alia que ab antiquo aduersario  
alia que a proximo sustinemus. A proximo  
namque persecutionis damna & contumec  
lias. ab antiquo enim aduersario. ~~adversario~~  
temptamenta. adest autem flagella tole  
ramus. Sed in omnibus his tribus modis.  
vigilanti oculo semet semet ipsam debet

mens circum spicere. ne contra mala proximi  
pertrahatur ad retributionem mali. Ne  
contra temptationa aduersarii seducat  
ad delectationem uel consensum delicti  
Ne contra flagella opificis ad excessum prudat  
murmurationis. Perfecte enim aduersarii  
uincitur quando mens nostra & inter  
temptationa eius ad delectatione atque  
consensu & in contumelias proximi custodit  
ab odio & inter flagella dei compescitur amur  
muratione. Nec hęc agentes retribui nobis  
presentia bona requiramus. Nam  
pro labore patientiae bona speranda sunt  
sequentis uitae. ut tunc praetium nostri  
laboris incipiat quando omnis iam labor  
funditus cessat. Unde & per psalmistam  
dicitur. Non in fine obliuio erit paupe  
rem patientia pauperum non peribit in  
finem. Quasi enim perisse patientia pau  
perum cernitur. cum nihil pro illa in hac  
uita humilibus reconspensatur. Sed pa  
tientia pauperum in fine non perit quia

85

tunc eius gloria percipitur · cum simul omnia  
laboriosa terminantur · Scruate ergo fratres  
in mente patientiam · tamque cum res exigit  
exercet in operationem · Nullum uestrum  
ad odium proximi contumeliosa uerba com  
mouant · nulla perituarum rerum dan  
na perturbent · Si enim fixa mente man  
sura damna pertimescitis · Damna rerum  
transiuntum grauiam non putatis · Si aeter  
nac retributionis gloriam conspicitis · dete  
porali inuria nondoloctis · Tolerate ergo  
aduersarios uestros · Sed ut fratres diligite  
quos toleratis · aeterna premia pro damnis  
temporibus querite · Nec quisquam uestru  
suis se uiribus hanc implere posse confidat ·  
sed obtinet precebus · ut ipse hanc qui im  
perat prestat · Et scimus quia petentes li  
benter exaudiet · quando hoc petitur largiri  
quod iubet · Cum continue pulsatur in pe  
ccate · concite opitulatur intemperatione ·

**P**er ihm xp̄m dn̄m nostrum qui cum eo uiuit  
& regnat d̄s in unitate sp̄f sc̄i per omnia  
secula seculorum

LEGIT SCI EVANGEL SECUNDVM LVC

nullo tempore Dixit ih̄s discipulis suis simitu  
dinem hanc. Homo quidam fecit cenam

magnam & uocauit multos. & reliqua.

OMELIA LECTONIS EIUS DEM HAB

AD POPVLVM IN BASILICA APOSTOLO  
RVM PHILIPPI ET IACOBI DIE DOMINICO

oc distare fr̄s R̄mi interdilicias corpo  
ris & cordis sole. quod corporales de  
liciae cum non habentur. graue insc  
deſiderium accendunt. Cum uero habitat  
eduntur. comedentem protinus in fastidū  
per satietatem uertunt. At contra spiri  
tales deliciae cum non habentur in fastidio  
sunt. Cum uero habentur indeſiderio.

Tantumque a comedente amplius eſuriun  
tur. quanto & ab eſuriente amplius come  
duntur. In illis appetitus placet. expe  
rientia displaceat. In istis appetitus uilis  
est. ex perientia magis placet. In illis  
appetitus saturitatem saturitas fastidū  
generat. In istis autem appetitus satu

86

ritatem saturitas appetitum parit. Augent  
enim spiritales delicie desiderium in mente  
dum faciant. quia quanto magis carum  
sapor percipitur eo amplius cognoscitur  
quod audiens amet. Et idcirco non habitac  
amar non possunt. quia carum sapor ig  
noratur. Quis enim amat valet quod  
ignorat. Proinde psalmista nos ammo  
net dicens. Gustate & uidete. quoniam suavis  
est dominus. Acsia per te dicat. Suavitatem  
cuius non cognoscitis. si hanc minime gus  
tatis. Sed cibum uitę expallato cor dis  
tangite. ut probantes cuius dulce didem  
amat valetatis. Has autem homo deli  
cias tunc amisit. cum inpara dyspepsia  
cauit. Extra exit. os acibo aeterni dul  
cedinis clausit. Unde nos quoque nati  
in huius peregrinationis acrumna. huic  
fastidiosi iam uenimus nescimus quid  
desiderare debeamus. Tantoq; se  
amplius fastidii nostri morbus exag  
gerat. quanto magis ab eius illius dul

cedinis animus elongat. Et eodem inter  
nas delicias non appetit quo cas comedere  
diu longeque de se uit. Fastidio ergo  
nostro tabescimus. & longa inedia peste  
fatigamur. Et quia gustare intus nolu  
mus paratam dulce dinem. amamus foris  
miseri famem nostram. Sed superna nos  
pietas. nec deserentes se deserit. Contē  
ptas enim illas delicias ad me moria nostra  
oculos reuocat. easque nobis proponit  
in promissione torporem excutit. atq  
ut fastidium nostrum repellere debeam  
inuitat. At namque Homo quidam  
fecit cenam magnam. & uocauit multos  
**Q**uis iste homo est. nisi ille de quo per pro  
phetam dicitur. Et homo est. & quis cog  
noscit eum. Qui fecit caenam magnam  
quia saecularem nobis dulcedinis interna  
preparauit. Qui uocat multos sed pauci  
ueniunt. quia non numquam ipsi quieti  
perfidem subiecti sunt. aeterno eius  
coniuicio male uiuendo contra dicunt

87

Misit autem seruum hora cene dicere in uitatis ut uenirent. Quid hora cena nisi finis est mundi. In quo nimirum nos sumus. sicut iam dudum paulus testatur dicens. Nos in quos fines seculorum deuenientur. Si ergo hora iam cena est cum uocamur tanto minus debemus excusari a conuiuio domini quanto pppinquisse iam cernimus finem seculi.

Quo enim pensamus quia nihil est quod restat eo debemus pertimescere. ne tempus gratiae quod prestat est periret. Idcirco autem hoc conuiuium domini non prandium sed cena nominatur. quia post prandium cena restat. post cenam uero conuiuium nullum restat. Et quid aeternum domini conuiuium nobis in extremo preparabit rectum fuit ut hoc non prandium sed cena vocaretur. Sed quis per hunc seruum qui a patre familias adiuuit et dimititur. nisi predicatorum ordo signatur. O cquo uidelicet ordinis. quamuis ad huc indigni existimus quamuis peccatorum

nostōrum ponderibus grauamur. & nostām  
in istis diebus sumus. Et cum de aedificati  
one vīā uobis aliquid loquor. hoc est qđ  
ago. Servus enim sum summi patris familias.

Cum uos admoneo a contemptu sacerduli in  
uitare uos uenio ad caenam dī. Nemome  
ppter me hoc in loco despiciat. Et si ad in  
uitandum ne qua quam dignus apparto.  
sed tamen magne sunt deliciae quas p  
mitto. Sēp̄ fr̄s mci solē euēnire quod  
dico. ut persona potens famulum habeat  
despectum. Cum que p̄cum suis forte  
uel extraneis aliquid responsū man  
dat. non despicitur persona loquentis  
serui. quia seruatur in corde reverentia  
mittentis domini. Net pensant qui au  
diunt per quem. sed quid uel a quo audiant

I ta ergo fr̄s. ita uos agite. Et si nos forsi  
tan digne despiciatis. in mente tamen  
vīā. uocantis dñi reverenciam seruate

Coniuiae fieri summi patris familias  
libenter obodite corda uīā discutite.

atque ex cō mortale fastidium pellit  
Ad repellendum namque fastidium urm  
iam parata sunt omnia. Sed si adhuc  
carnales estis fortasse carnales epulas in  
quiritis. Ecce ipse carnales epulet in  
spirituali uo bis alimento conuersat s  
Ad abstergendum namque mentis virac  
fastidium incacta dī ille uobis singula  
ris agnus occisus est. Sed quid agimus  
qui hoc quod sub iungitur adhuc fieri  
amultis uidemus. Et cooperunt simul  
omnes excusat. Offert dī quod rogari  
debuit. Non rogatus dare vult quod  
uix sperari poterat. quia dignaretur  
largiri postulatus. Contemptoribus  
uero paratas delicias refecitionis eternae  
de nunciat. Et tamen simul omnes ex  
cusant. Ponamus ante oculos mentis  
minima. ut possimus digne pensare  
maiora. Si quis plam potens adiuuitan  
dum quem libet pauperem mittere &  
quid fratres rogo. quid pauper ille

fecisset. nisi de eadem sua mutatione gau-  
deret. Responsum humile redderet. ueste  
mutaret. ira quantotius festinaret. ne  
prior se ad potentis conuiuum alter occur-  
reret. Homo ergo diu in uitat. & paup-  
ocurrere festinat. Addi in uitamur  
conuiuum. & excusamus. Sed ecce inter  
huc estimare possum quid sibi corda uestra  
respondeant. Oculis enim fortasse sibi  
cogitationibus dicunt. Excusare nolum  
ad illud enim superne refectionis conui-  
uum & uocari & peruenire gratulamur.

**L**oquentes uobis talia mentes uirae utrum  
dicunt. si non plus terrena quam celos  
tia diligunt. si non amplius rebus corpo-  
ralibus quam spiritualibus occupantur.

**U**nde hic quoque ipsa excusantiū causa  
sub iungitur. cum protinus sub inferit.  
**P**rimus dixit. Villam emi. & necesse  
habeo exire & uidere illam. Rogo te  
habe me excusatum. Quid per villam.  
nisi terrena substantia designatur

89

Exit ergo uidere uillam. qui sola exteriora  
cogitat propter substantiam. Alter dixit  
**I**uga boum emi quinque & coprobare illa.  
rogote habe me excusatum. Quid inquin  
que iugis boum. nisi quinque corporis sensus  
accipimus. Qui recte quoque iuga bou  
noscunt. qui in utroque sexu gemitant  
**Q**ui uidelicet corporalcs sensus quia interna  
comprehendere nesciunt. sed sola ex  
teriora cognoscunt. & de serentes intima  
caquis extra sunt tangunt. recte per  
eos curiositas designatur. Quod dum alienā  
que rit uitam discutere semper sua intima  
nesciens. studet exteriora cogitare. Graue  
namque curiositatis est uitium. Quod dū  
cuiuslibet mentem aduestigandam uitā  
proximi exterius dicit. semper ei sua intima  
abscindit. ut aliena sciens. se nesciat  
**E**t curiosi animus. quanto peritus fuerit  
alieni meritū. tanto fiat ignorans. Propt  
hoc namque & de isdem quinq*u*iugis bou  
dicitur. Eopbare illa rogote habe me

excusatum. Ipsa enim excusantis verba  
auditui sui significacione non discrpant dum  
dicit coprobart. Quia uidelicet aliquando  
pertinere probatio ad curiositatem solet. Sed  
notandum quod & is qui propt̄ uillam & is  
qui propt̄ pro banda iuga boum acaena sui  
in uitatoriis excusat. humilitatis uerba pmisc&  
dicens. Rogote. habe me excusatum. Oū  
enim dicit rogo. & tamen uenire contempnit  
humilitas sonat in uoce. superbia in actione

**E**t ecce hoc diuidicat prauis quisque cum audit.  
nec tamen ea quae diuidicat agere desistit

**N**am dum cuilibet per uerse agenti dicim.  
conuertere dm̄ se quere. mundū relinque  
ubi hunc nisi addominicam caenam uocam'  
**S**ed cum respondet. ora pme quia peccator  
sum. hoc facere non possum. quid aliud  
agit. nisi & rogat & excusat. Dicens  
namque peccator sum. humilitatem in  
sinuat. Subiungens autem conuertinon  
possum. superbiam de monstrat. Rogando  
igitur excusat. qui & humilitatem super

90

inducit inuocet. & superbiam exerceat in  
accionē. Alius autem dixit Uxorem duxi.  
& ideo non possum uenire. Quid per ux-  
orem. nisi uoluptas carnis accipitur. Nā  
quam uis bonum sit coniugium. ad pro-  
pagandam sobolem prouidentia diuina  
sit constitutum. non nulli tamen non  
per hoc fecunditatem prolixi. sed deside-  
ria expectunt voluptatis. Et idcirco  
per rem iustam. significari potest non  
incongrue res in iusta. Ad cenam uos  
ergo aeterni conuii. summus pater fami-  
liae in uitat. Sed dum alius auaritiae.  
alius curiositati. aliis uoluptati carnis est  
de ditus. nimirum re pbi simul omnes  
excusant. Dum hunc terrena cura  
occupat. illum alieni actus sagax cogi-  
tatio de uastat. alterius & tam mente  
voluptas carnalis inquinat. fastidiosus  
quisque ad aeternae uitae epulas non  
festinat. Sequitur. Reuersus ser-  
uus nunciauit hanc domino suo. Tunc

iratus pater familias dixit seruo suo. Exito  
in plateas. & uicosc iuitatis. & pauperes de-  
biles. caecos. claudos. introduchuc. Ecce  
qui ter renat substantiae plus iusto incubat.  
uenire addominicam caenam recusat.  
Qui labori curiositatis insudat. pre parate  
uite alimenta fasti dit. Qui carnalibus  
desiderius inseruit. spiritualis conuiui epulas  
respuit. Quia ergo uenire superbi renu-  
unt. pauperes eliguntur. Cur hoc quid  
iuxta pauli uocem. infirma mundi elegit  
dī. ut confundat fortia. Sed notandum  
nobis est. quomodo describantur qui  
ad caenam uocantur. & ueniunt pauperes  
& debiles. Debiles dicuntur. qui iudicio  
suo apud se met ipsos infirmi sunt. Nam  
pauperes & quasi fortes sunt qui & positi  
in paupertate superbiunt. Ceti uero sunt.  
qui nullum ingenii lumen habent. Claudi  
quoq; sunt qui rectos gressus in operatione  
non habent. Sed dum morum uitia in  
membrorum debilitate signantur. pfecto

li quicq̄ · quia sicut illi peccatores fuerunt  
qui uocati uenire noluerunt · Ita hi quoq̄  
peccatores sunt qui in uitantur & ueniunt

41  
Sed peccatores superbi respūuntur · ut pecca-  
tores humiles eligantur · Hos itaque elegit  
dī q̄ vos despicit mundus · quia plerumque  
ipsa disp̄ectio · hominem reuocat ad se met  
ipsum · Isenim qui patrem reliquit · & partē  
substantiae quam perceperat prodige ex-  
pendit · post quam esurire coepit · inse-  
re uer sus dixit · Quanti mercennarii pa-  
tris mei abundant panibus · Longe quippe  
a se discesserat quando petcabat · Et si non  
esurisset · insc̄met ipsum minime redisse  
Quia post quam terrenis rebus indiguit · tunc  
cogitare coepit · quid despiritalibus amisit  
Pauperes ergo & debiles caeci & claudi  
uocant & ueniunt · quia infirmi qui que  
atque in hoc mundo despecti · plerūque  
tanto celerius uocem dī audiunt · quanto  
& in hoc mundo non habent · ubi delectent  
Quod bene amalechitarum puer ille egypt

tius designat. qui a malechitis predantibus  
atque currentibus. eger remansit in uia.  
infame sitique aruit. Quem tamen dauid  
inuenit. ei cibum potumq' prebuit. Qui

ilico conualescens. dux dauid factus est

**C**onuiuantes amalechitas reperit. & eos  
qui se debilem reliquerat cum magna forti-  
tudine p'stravit. Amalchita quippe. po-  
pulus ambiens vocatur. Et quid per am-  
bientem populum. nisi mentes seculanum  
designantur. Que terrena cuncta am-  
biendo quasi ambiunt. dum solis tempora-  
libus delectantur. Quasi enim populus  
ambiens predam facit. dum terrena dili-  
gentes. lucra de alienis damnis ex aggerant  
**S**ed puer aegyptius aeger in uia relinquit  
quia peccator quisque dum infirmari  
ab huius mundi statu coepit. mox secula-  
ribus mentibus in despectum venit  
**Q**uem tamen dauid inuenit. ei que cibum  
& potum præbet. quia manu fortis dñs  
abitia mundi non despicit. Et plerumq'

cos quise qui num dum minime ualentcs  
quasi in uia remanent ad amoris sui gra  
tiam conuerit tisque uerbi sui cibum po  
tum que porrigit Et quasi ducessibi in uia  
elegit dum suos & iam predicatorcs facit

**D**um enim xp̄m peccatorum cordibus infec  
runt quasi dauid super hostes ducunt

**Q**uiconiuantes amalechitas uelut dauid  
gladio ferunt quia superbos quos que  
uisse in mundo despexerant dñi uirtute  
prosternunt Puer ergo egyptius qui  
in uia remanserat amalechitas inter  
fecit Quid plerumque ipsi mentes se  
cularium predicando superant qui prius  
cum secularibus in hoc mundo currere  
non ualebant Sed deuctis ad eam  
pauperibus quid puer subiungat audiam

**D**ñe factum est quod imperasti & ad huc  
locus est Multi tales ad eam domini  
cam ex iudea collecti sunt sed multitudo  
que ex israelitico populo credidit locum  
super mi coniuuii non impleuit Intrauit

iam frt quentia iudcorum · sed ad huic locus  
vacat in regno · ubi suscipi debet numero  
sitas gentium · Unde & idem seruo dicitur

Exi in vias & sepes · & compelle intrare ut im  
pletatur domus mea · Cum de uicis & pla  
teis ad eam quosdam dominis invitatis · illum  
uidelicet populum designat · qui teneat  
legem suburbana conuersatione nouerat

Cum uero coniuias suos colligi exuis & sepibus  
precipit · nimis um agrestem populum  
colligere id est gentilem querit · Occinus  
significatione per psalmistam dicitur

Tunc exultabunt omnia ligna siluarum  
ante faciem domini quo uenit · Ligna enim  
silue gentes vocantur sunt · quia in infideliti  
tate sua · torte & infructuosae semper  
fuerunt · Qui ergo ex illo agresti usu con  
uerteri sunt ad eam dominicam · quasi  
ex sepibus uenerunt Notandum uero  
quod in hac invitatione tercia · non dicitur  
inuita · sed compelle intrare · Alii autem  
vocantur · & uenire contemnunt

93

